



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Apologia Petri Swauenij Pomerani p[ro] Petro Mosellano p[re]ceptore contra Joannem Cellarium

Swawe, Peter

[Leipzig], [1519]

VD16 S 10333

Apologia. P. Swauenij Pomerani contra Joanne[m] Cellariu[m] pro  
preceptore Petro Mosellano Protogensi:

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32550**

## Apologia P. Swaurenij Pomerani

contra Joannē Cellariū pro preceptore Petro Mosellano Protogeni :

**E** Diversis epistolis quas disputatio ab Ecclo: Martino: et Carolostadio celebrata : pduxit. ea demū germana videri debet amiciss. Lector : que seclusis affectibus : pro re : nō p favore scripta censeri possit. Qualis cum nup a Phylippo Melanchthone doctiss : iuvene sit edita : qd ampli<sup>9</sup> cause est : cur cōtarijs tragoedijs que : si mō rem recta ppendere : magis in boniū vitorū calūntaz : quā veritatis amorē sunt cōportate : moueris ? Satis enī apparet : quā paruz sincere ptestet Joānes Cellarius se in null<sup>9</sup> nec fauorem nec odium scripsisse : diuū P. Mosellani orationē : quā de ratione disputandi cōposuit : non dixisse sed prelegisse statim in ipō principio psuadere conatur. Quē tamē oēs auditores orantē : nō legentē viderūt. Qui autē nō viderūt : hinc tamē conijcere possunt qd memoriter : et quēdam modū deiecit eum qui in tanta externorū hoīm corona verba fuerat factur<sup>9</sup> Illustriss. Saxonū principis Georgij mandatum hospitib<sup>9</sup> exposuit. Vides igit amicissimae Lector : quā fidē habere debeas illi : qui etiā ea que multorū oculis cōspecta sunt obliquis verbis inuicere non veret<sup>9</sup> : aut quā expectationē de fine e<sup>9</sup> epistole concipies : in cui<sup>9</sup> initio tam impudēter est illuz : Quid si idem reputat legere et orare bonus ille vir nō dico quā parum feliciter romanis utat<sup>9</sup> : qui peregrina nihil verit<sup>9</sup> est pferri. Sin autē hoc scommate Mosellani querit infamiā : tam apertus est quā fraudulēter petat hoīem modis omnib<sup>9</sup> doctū : et quantū a ptestatōe ppia recedat. Quid enī alienus ab eius institutōe qd disputationē hic habitā. ita se temperasse ptestari audeat : ut nec in fauorē nec obli<sup>9</sup> alicui<sup>9</sup> quicqz scripsert : quā recte ab eo in innocentissimi iuuenis nomē ludere : ut qd multorū testimonijs cōfirmari pōt : infringere conet : et tamē aperte nō audeat ? Ut qz enī ut opinio : iniuriā releuat qd nomē eius tacuerit. cui<sup>9</sup> factū publice diffamare nititur. Quinimo tanto magis auget : quācō hic occult<sup>9</sup> absentī insidiat. Ut autē iniuriā nō tantū facta dicat sed et illata cōprobet repetenda fortassis res est paulo altius. Ne primū quidē : negocij summa paucis exponenda. que est : qd in

infamiam non solum Mosellani sed et illustrissimi Saxonum principis  
Georgij et huius Academicæ scripserit Joannes Cellarius prælegis-  
simus: qui publico omnium suffragio orator et principis et universita-  
tis designatus fuerat. Deinde etiam argumentis contendendum quod præ-  
ter veritatem adeo prælegere dicat quod adhibito dicenti orationis gestu ex-  
mente pronuntiat. Quo loco quod attinet commemorare Mosellanum  
in suscipiendo hoc onere modestiam: quod sic calumniant invidiosus  
omnium in erigendo studio: cum ipse in epistola ad Ottonem de Pacte  
cui oratio inscripta est que ab emulis plebs noniat: satis exposu-  
erit quam parum volens negotium adierit. Neque enim latebat hominem  
eiusmodi rerum peritissimum: et quanto labore doctissimis theolo-  
gis disputandi rationem fuerat prescriptur: et quam egre illi recipe-  
rent modestiam: quorum ingenia mutuis odij iam ante incaluerunt.  
Sed: cum nec principis nec huius Academicæ mandato posset iuste  
reluctari: maluit prope non tantum fame: sed et valetudinis peri-  
culum subire: quam tot tantorumque hominum expectationi non respondere.  
Hinc est: quod cum temporis angustia laboraret: et personam principis dig-  
nam brevi effigiare non posset in seram sepe noctem ieiunius lue-  
bavit. cuius tamen imbecillae valetudini nihil minus convenit. Ab-  
soluit utique tanta felicitate negotium: ut nemo adhuc sit re-  
putus cui non summe placuerit. nisi vel extreme ingratus: vel invidiosus.  
Qualis an recte dicat Joannes Cellarius qui primum tam laborio-  
so labori obstrepuit: viderint alij. Ipse sane haud scio quomodo  
his vitis carere possit ille: qui ut vni hominis nomen cavillet: pro-  
pterea primum eius principis famam attenuare audeat: cuius annuo si-  
pendio victitat. Deinde etiam huius scholæ nomen inminuere: sub-  
cuius signis nunc meret. Postremo doctissimo hominum calculis  
probatum inuenit laceffere: qui nuncquid tale de quo quod meritis est.  
Quintimo qui hunc ipsum hominem ignotum: peregre aduententem hu-  
manissime excepit. exceptum quam potuit benivole tractavit. Pro-  
quo nunc hanc recipit gratiam: ut suis in eloquentia studio mag-  
no certe vite dispendio parati et iam multorum testimonio confir-  
matus: nihil a vili lectoris conditione distare publice proclamet.  
Sed ab eo qui sic solet amicos beare. quicquid ut vitulentum suum odi-  
um prodat: nec summo hominum auctoritate: nec proprio honore  
mouet. Quis enim in extenuanda principis et huius Academicæ mag-  
nificentiâ reliquit: qui in tam proclamata disputatione lectoris

usum pro oratore fuisse dicere non veretur? aut quā sue existimationis rationē habuit: quae aperte falsa sunt pro veris scribere non timet? Quasi autem principis in omnes doctos famigeratis summa magnificentia: aut huius gymnasij per totum pene orbem noti sedes nemine habeat cuius opera in re tam clara possit vitare tamē ut de alijs taceam: semper eloquentie studijs finit insignis. Sed qui hoc defendent: erant alij. Illud ad me peculiaritē attinet et eo quidē magis quod ob hoc hic scribendi labor a me susceptus est: quod non solum non grate: sed etiam non vere scripserit Joānes Cella. prelegisse eum: qui adhibita oratoria actione memoriter dixit. Quod: etiam si sit apertius quā explanari possit: sic tamē fiet apertissimū si et quid legere sit et quid orare paucis subiecerō. Quo loco nescio. quo modo legi dicitur: quod ex mente prolatus est: cum ipsa verbi natura tantū de carta dici videatur. Alias certe si prelegere et orare est: neque Cicerone: tamen si facundissimū oratorē: a lectoris humilitate vindicabimur. Quin etiam Demosthenē illum grece et latine eloquentie parentem nunc quā orasse: sed semper prelegisse dicemus. Sicque tandem adhuc veretur Ciceronis sententia quā ille tamē adeo parū angonuit: ut in libris de oratore sibi eam excidisse fateatur: qua inquit disertos se vidisse multos eloquentē adhuc neminē: sed non defendit nostrum temporis usum qui predictos iam pro oratoribus publicitus recepit. quēque ut Varro ait in his rebus veluti normā sequi debemus. Jam quid orare proprie significet optime nobis exponet latinorum oratorum princeps Cicero. qui id ubique inculcat esse aperte nateque dicere. Quod prestitit ne Mosellanus: aliorum sit iudicium. Ego qui in hac re bonum iudicem agere non possum: nec si possem: debeo: hoc tamē vel meo periculo affirmare ausim: quod elegantius aptiusque hic dixerit: quā ille scripserit. Et ut taceam quod plerumque ex his que continentur in sue epistole principium transposuerit Joānes Cellarius: si oratoris vocabulo indignus est hodie Mosellanus: certe ipse vir minimi litteratoris nomine sustinere poterit ne dum professoris. Quo odiosius etiā illum reprehendit: cuius ingenij dotes existimare non potest. Nam quod foreasse putat Mosellanū ideo tam magno nomine indignū: quod inter recitandum scheda utebatur in qua orationis capita verius indicata: quā descripta fuerant: hoc iniquius est quā ut refelli debeat. quod

quidē non imputat idem Joanni Leubergo eiusdem tamē cri-  
minis reo. Quāq; ipse non dum video quid criminis sit in mag-  
nis sollicitū esse. Sed utcumq; sit si nō licuit in tanta hoīm expec-  
tatione ob repentinos casus q̄ subinde accidunt cautū esse min⁹  
certe licuit Langio. quā Mosellano. q̄si quidē hic trū dierū spa-  
tio suā orōnē ediscere cogebat. Ille nullis tēporū angustijs cōclu-  
sus erat. Et tamē hic facundissime p̄ orasse scribit. Ille p̄legisse.  
Quā laudem: neq; sine dignitatē collega agnoscit Joānes Lan-  
gius Leuberg⁹ hō qd̄ constat doctissim⁹: et Mosellano fuisse  
amicus: nec si vellet: iuste posset. Quāquidē neq; tantorū hoīm  
expectatiōe dirit hīs quā ille: nec tam multorū. Magna em̄ tunc  
hospitiū pars aberat: cū hospitib⁹ grā principis noīe habebat.  
Neq; vero tantū valere debet qd̄ hic sonor⁹ paulo p̄nunciae-  
ris quā ille. ut p̄pterea facundius quoq; direrit. Quādoquidē  
ut cū Aristotele loquat: in his que nobis insunt a natura neq;  
laudamur: neq; vituperamur. S; ea est hodie quorundā hoīm  
nocendi cupiditas: ut mō noceat: neq; quā commode: neq; q̄s  
felicitate possunt: quicq; cogitent. Hinc est qd̄ Joānes Cella. pro  
clamatissimā Georgij principis magnificentiā ledit: dum vnū  
hoīem oblique notare studet. Abhec hui⁹ Academicē nomē imi-  
mit: quā in tam p̄claro negotio p̄lectore vsam scribit: cū nunc:  
q̄ oratorib⁹ caruerit. Postremo duorū amicorū Langij in quas  
et Mosellani pares pene in dicendo virtutes disjuncti: quorū ta-  
men ani cōiunctores sunt: quā ut villo tempore separari possint  
Et tamen cum huiusmodi factis fidem a lectore postulare au-  
det: qui sibi ipsi non tantū fidem: sed estimatiōnē omnē de-  
trahit. p̄pterea qd̄ in disputatiōis serie semp̄ meliores p̄tes Ec-  
clanas facit. cuius tamen egregia virtus maior est: quā ut possit  
ad hominis tam illaudati studijs incrementū accipere. Sed hec  
p̄ter se opum. Q̄ restat bene vale candidissime lector. et hanc  
nostraz operans: ut pro defendendo p̄ceptore pie susceptam:  
pie quoq; interpretare. Lipsiae octavo Idus Augusti. Anno  
post Christum natum. M. D. 19.

